

Obi. III. — Anima humana nullo modo percipi potest. Ergo admitti nequit.

R. — *Dist. ant.* Anima humana percipi nequit sensibus, *conc.*; anima humana percipi nequit intellectu, *subdist.*; immediate, intuitive, *conc.*; mediate, discursive ex natura intellectionum et volitionum, *nego.* — Ex materialistis, alii cum medicis negant existentiam animae humanae eo quod nequeunt eam cultro anatomico subiicere; alii cum chemicis negant existentiam animae humanae eo quod nequeunt eam clibano stillare vel utcumque analizare. At quaerimus: quandonam medici cultro anatomico subiicere potuerunt vires omnes vitales aut non vitales, quas tamen ultro concedunt inesse organismo humano? quandonam chimici distillare potuerunt et in amphoras recipere vires chemicas et physicas, de quibus tamen continuo sermonem habent (1)?

§ II. UTRUM SIT UNICA ANIMA IN UNOQUOQUE HOMINE.

Inter philosophos antiquos disputatum est utrum in homine sit unicum primum principium totius vitae quae in ipso manifestatur, an duo, an tria. Inter recentes sententia

(1) Non solum vires diversae, materiae inhaerentes, discursu seu ratiocinio attingi debent, sed ipsamet natura materiae; unde in hac materialistarum aetate de natura materiae disputatum est ac disputatur ita ut cum maxime.

« Il materialismo innalza a principio universale la materia e il movimento; ma ch'è la materia? ch'è il movimento? A cominciare da Democrito e da Epicuro, e continuando con Gassendi, Hobbes, de la Mettrie, e d'Holbach sino a Moleschott e a Büchner, non si trovano su questo proposito che affermazioni insufficienti e contraddittorie. V'ha chi riduce la materia a movimento; v'ha chi ne fa il principio recondito del movimento e del pensiero; e chi la considera come collezione di atomi; e chi la identifica, sotto il nome di natura, col principio universale della vita, del senso e del pensiero. Si riduce tutto a *materia* e *forza*, e la materia e la forza all'atomo; e non si bada che la notizia dell'atomo non può essere somministrata dall'esperienza, accettata come unico ed universale criterio del sapere. Si riduce ogni cosa ad atomo; e non si sa che sia l'atomo, anzi si afferma col Wurtz, non essere improbabile che l'ipotesi atomistica possa essere un dì sostituita da un'altra » (PRISCO, *Il Darwinismo esposto e disaminato*, art. I, n. IV).

ultima facile obsolevit; sed non item secunda, quae adhuc medio saeculo XIX fautorem habuit Günther, germanum theologum.

Omnes ii qui, cum Aristotile et scholasticis, affirmant animam intellectivam esse unicum principium totius vitae quae in homine manifestatur, vocantur *animistae*; ii vero qui cum Günther affirmant, praeter animam intellectivam, inesse homini aliud principium vitae sensitivae et vegetativae, vel saltem vegetativae (haec fuit opinio Baltzer, discipuli Günther), vocantur *vitalistae*.

THESIS. — *Una eademque est anima qua homo intelligit, sentit et vegetat.*

Prob. I. — Identitas animae intellectivae et animae sensitivae luculentissime testatur ipsa voce conscientiae, quae unicuique dictat unicum esse in nobis principium, quod omnes intellectiones et sensationes exerit atque in se experitur.

Restat ut in tuto ponatur identitas animae intellectivae et animae vegetativae. Age itaque: si anima intellectiva est principium quo homo sentit, erit quoque principium quo vegetat. Et vero functiones vitales seu vegetativae, in homine, intrinsecus elevantur ad producendam alendamque substantiam, non tantum vegetantem, sed etiam sentientem, puta cerebrum, oculos... Sed functiones vitales, minime possent producere et alere cerebrum, oculos..., et quidem cerebrum, oculos... proprios speciei humanae, si principium ex quo dimanant esset tantum vegetans, et non esset quoque sentiens, et quidem sentiens speciei humanae, nimirum sentiens una simul atque intelligens. Ergo...

II. — Omnes facultates nostrae, sive intellectivae, sive sensitivae, sive vegetativae, talem habent mutuam connectionem ut:

1) Exercitium unius provocet exercitium alterius: unde, e. g., qui intelligit eo ipso etiam imaginat, vult; qui audit vocem aut videt imaginem amici vel inimici, eo ipso experitur emotiones et affectus gratos vel ingratos; qui sibi

aliquod periculum repraesentat ad currendum se incitatum sentit; qui sibi repraesentat delectabiles cibos maiorem salivae quantitatem in ore secernit;

2) Exaggeratio activitatis unius impediatur vel saltem immi-
nuatur activitatem alterius: unde, e. g., meditatio nimis intensa impedit exercitium sensus atque ipsius nutritionis, et, ex adverso, nutritio nimis copiosa, phantasia nimis vivida, strepitus, ira, maeror, etc., impediunt meditationem.

Facta haec aliaque id genus, cum facultates vitales, ex quibus procedunt, operentur immanenter, necessario arguunt unitatem primi principii omnis vitae in nobis (1). Ergo...

III. — Ecclesiae Patres et Doctores hanc veritatem docent; Concilium Constantinopolitanum IV duas animas in homine ponentes anathemate confecit, et Pius Pp. IX ipsam animam rationalem esse principium operationum vegetativarum, adversus Baltzer, aperte declaravit (2).

Schol. — Unitati primi vitae principii innituntur eamque confirmant:

1) *Somnia, hallucinationes, mentis alienationes*, quae omnes supponunt identitatem sentientis et intelligentis.

2) *Vertigines et fascinationes*, quae enascuntur ex depen-

(1) « Una operatio animae, cum fuerit intensa, impedit aliam; quod nullo modo contingeret, nisi principium actionum esset per essentiam unum » (S. Th., I. p. q. LXXVI, a. 3). — Et Alighieri, in IV *Purg.*:

« Quando per dilettanze ovver per doglie,
Che alcuna virtù nostra comprenda,
L'anima bene ad essa si raccoglie,
Par che a nulla potenza più intenda;
E questo è contra quello error, che crede
Che un'anima sovr'altra in noi s'accenda ».

(2) « Quod quidem non possumus non vehementer improbare (nempe sententiam Baltzer), considerantes hanc sententiam, quae unum in homine ponit vitae principium, animam scilicet rationalem, a qua corpus quoque et motum et vitam omnem et sensum accipiat, in Dei Ecclesia esse communissimam, atque doctoribus plerisque, et probatissimis quidem maxime, cum Ecclesiae dogmate ita videri coniunctam, ut huius sit legitima solaque vera interpretatio, nec proinde sine errore in fide possit negari (Ex Brevi ad Episcopum Wratislaviensem, 30 Apr. 1860).

pendentia facultatis locomotionis a facultatibus perceptivis et potissime a phantasia (1).

3) *Automatismus imitativus*, qui praesertim in catalepsi

(1) « L'antica filosofia, benchè meno riboccante di osservazioni positive che la scienza moderna, non tralasciò di notare l'efficacia, che ha, per sè, l'immaginazione, a provocare e determinare dei movimenti, i quali, se per una parte appartengono all'attività animale in quanto procedono da apprensione, le spettano ciò non di meno in grado inferiore e imperfetto, non derivando essi dall'appetito; e per questo rispetto sono da riguardarsi come *moti naturali*. « Il corpo, scrive S. Tommaso, s'immuta *naturalmente* a seconda dell'immaginazione, per l'influsso che questa esercita sugli spiriti del corpo (oggi si direbbe: sul sistema nervoso): onde quella dipendenza si verifica tanto più quanto l'anima è di fantasia più vivace... Prosegue il Santo: « All'immaginazione, se le avvenga di esser gagliarda, ubbidisce *naturalmente* il corpo, quanto ad alcune cose: puta caso quanto al cadere che altri fa da una trave posta in alto: perchè l'immaginazione ha di natura sua di essere principio del moto locale, come è detto nel libro 3 *de Anima* (S. Th. p. III, q. XIII, art. III, ad 3^m).

» L'esempio di coloro che, trovandosi ritti e isolati sopra una trave con sotto un precipizio, si gittano quasi immancabilmente disotto, s'attaglia benissimo al proposito. E a studio diciamo *si gittano*, chè di questo si tratta e non del cadere, al che non occorre esercizio di forza ubbidiente all'immaginazione, e basterebbe il vacillar delle gambe per effetto della paura. Ma egli è che *si gittano*. Del che non dimanderanno la prova coloro, e sono moltissimi, che, affacciandosi ad un pozzo profondo ovvero ad un'alta ringhiera in cima a una torre, come il Campanile di Giotto o la Ghirlandina di Modena, ovvero ad un edificio elevato, come il Duomo di Milano o la Cupola di S. Pietro, se ne ritraggono con raccapriccio per l'attrazione, che sentono, a gittarsi nell'abisso aperto loro davanti.

» Il quale atto, quando consegue, come pur troppo avviene non di rado, avvedutamente S. Tommaso l'attribuisce all'immaginazione per sè stessa e non all'appetito, che qui si concreterebbe nell'affetto della paura. Questa v'interviene senza dubbio anch'essa, ma solo in quanto, per la natural connessione delle potenze fra loro, influisce sulla vivacità dell'apprensione fantastica. Nel rimanente, la paura potrà determinare bensì all'atto del chiuder gli occhi o del rivolgere lo sguardo dalla vista del precipizio e del ritrarsene con la persona o rannicchiarsi o afferrarsi a checchessia per sostegno; che sono moti a lei corrispondenti; ma non agirà mai per modo di tendenza verso il male temuto.

» In maniera simile potrebbe spiegarsi il fatto del fascino » (SALIS SEEWIS, *Le azioni e gl'ist. degli anim.*, pag. 113-4). — « Il fenomeno detto del *fascino* è stato ripetuto alla Salpêtrière. Si guarda fissamente

locum habet, et consistit in hoc quod quispiam, machinae instar, repetat actus quos ab aliis fieri videt (1).

4) *Somnambulismus* qui est status hominis, in quo propter vividiora somnia etiam partes cerebrales, quae appetitui sensitivo et motui locali inserviunt, ad activitatem excitantur simul cooperantibus sensibus internis reliquis et

l'ipnotizzato, ovvero gli si fa guardare fissamente qualche punto determinato, dirò, l'estremità delle dita; quindi lentamente si rincula ed ecco che egli vi segue ovunque senza togliervi gli occhi di dosso, così che se voi girate intorno, egli fa altrettanto per non perdervi di vista e se vi avanzate bruscamente contro di lui, ei può anche cadere all'indietro tutto d'un pezzo. In questo stato di *fascino* il paziente sembra al tutto soggetto allo sperimentatore, non curando affatto qualsiasi altra persona si volesse intronnettere. E non solo la volontà è inceppata ma la stessa immaginazione dell'affascinato sembra interamente immersa in quella dell'affascinator, in maniera che pare perfino che questi possa arrivare al punto, mediante atti sensibili ed appropriati, di eccitare in lui questa o quella idea, questo o quel sentimento e così dar luogo ad un altro fenomeno che Braid chiamò *suggestione* » (VENTUROLI, *Dell'ipnotismo e del sonnamb. provoc.*, in *ephem. La scienza italiana*, an. VIII, vol. II, pag. 351).

(1) « Agli altri fatti fisici che caratterizzano... la catalessi volgare, si aggiunge una eccitazione motrice suscitata dalle percezioni visive e in armonia con esse.

» Lo sguardo del soggetto è fisso in quello dell'esperimentatore o della persona che lo rappresenta. Questi cammina, e cammina anche il catalettico; alza un braccio, e lo alza anche il catalettico; fa atto di bere, e il catalettico lo imita; chiude un occhio, e lo stesso fa il catalettico; apre la bocca, e il catalettico fa altrettanto; mette fuori la lingua, e il catalettico riproduce lo stesso atto.

» Se allora si parla al catalettico, o egli non risponde, mentre però pur muove la bocca in modo analogo a quello di chi gli parla; ovvero ripete le parole udite, a guisa di un'eco. Non mostra avere altre idee che quelle suggeritegli per mezzo della vista dalla persona o dall'oggetto che sembra assorbire tutta la poca attenzione di cui è ancora capace. Si può insultarlo atrocemente, e non una fibra del suo volto trasalirà. Si può batterlo, ed egli non mostrerà di accorgersene. Si può offenderlo, pizzicarlo, ferirlo, bruciarlo, ed egli, purchè non veda nulla, non reagirà in modo alcuno. Solo, se vede, cercherà di riprodurre l'atto da lui osservato, e in modo puramente meccanico. Ma anche allora resterà inerte a metà di ciò che sta compiendo, se una volontà estranea alla sua non ne solleciterà la realizzazione completa » (LAPPONI, *Ipnotismo e Spiritismo*, pag. 71-2).

apertis sensibus externis, absente tamen conscientia reflexa » (PESCH, *Psychol. natur.* n. 692).

5) *Hypnotismus* (ex graeco ὑπνος, somnus), qui definiri potest somnolentia quaedam arte effecta, in qua patiens *suggestionis* ope agenti fere in omnibus submittitur (1).

(1) « Si dice *Suggestione* la insinuazione di un'idea, la ispirazione di un desiderio, di un proposito, di una determinazione, di un atto; e consiste nel procurare con acconci mezzi a un individuo i fantasmi che in un dato momento la sua fantasia deve docilmente creargli con tale vivacità, da potersene risentire gli effetti perfino nelle funzioni organiche involontarie.

I fantasmi imposti per suggestione sono capaci di venire tradotti in atto, al pari di quelli che sorgono spontaneamente o per atto riflesso della volontà. E codesta trasformazione dei fantasmi imposti dalla suggestione in operazioni esteriori, come può verificarsi durante lo stato ipnotico (*suggestioni intra-ipnotiche*), così può verificarsi ancora in un'epoca più o meno determinata dopo il risveglio (*suggestioni post-ipnotiche*), senza che l'individuo, ritornato allo stato ordinario, rammenti più come, quando, perchè, e da chi l'idea gli venne suscitata in mente. Le suggestioni che devono avere il loro effetto in un'epoca più o meno prestabilita si distinguono col nome di *suggestioni a scadenza*.

Autore della suggestione può essere o l'individuo stesso che ne è vittima, o un individuo diverso. Nel primo caso, la suggestione si dice più specialmente *Auto-suggestione*, o suggestione di se stesso; e può essere o volontaria e cosciente, come quando si formula in piena veglia e in condizioni quasi normali di salute; ovvero involontaria e inconsciente, come quando si stabilisce nel sogno durante il sonno o nel mezzo di un delirio morboso, o sotto l'influenza di illusioni o di allucinazioni più o meno transitorie. Nel secondo caso la suggestione dicesi *comune* od *intrinseca*; e per lo più non è efficace se non proviene da colui che ha provocato lo stato ipnotico, e che da questi fu posto a far le sue veci dinanzi alla mente del soggetto ipnotizzato.

Quando la suggestione muove dall'esterno del paziente, deve sempre essere comunicata mediante qualche segno sensibile, un cenno, un gesto, una parola, una impressione sensoriale, una modificazione del senso muscolare. Quando la suggestione muove invece dall'interno dello stesso paziente, è il fantasma della immaginazione ciò che fa le veci del segno sensibile di comunicazione. Mancando questo segno la suggestione non si trasmette. Nessun fatto scientificamente ben constatato giustifica per ora l'ipotesi della *suggestione puramente mentale*, di cui si è tanto parlato, e per cui la suggestione si trasmetterebbe, senza che nessun segno esteriore tradisse il pensiero, formato dal cervello di chi vuole insinuare nell'altrui mente un'idea propria

Obi. -- Si anima intellectiva esset quoque sensitiva et vegetativa, evaderet corruptibilis per accidens, eo modo quo corruptibiles per accidens evadunt animae belluarum atque plantarum.

Oggetto delle suggestioni possono essere tanto le funzioni organiche e sensoriali, quanto i desideri, le tendenze e le operazioni della fantasia, non che le operazioni stesse dell'intelletto e gli atti della volontà, in quanto dipendono dalle operazioni della fantasia e si collegano con esse.

Si suggerisca a un individuo in sonnambulismo provocato di dovere vomitare, o di dover perdere sangue dal naso o durante lo stato ipnotico o dopo il risveglio; si suggerisca a un altro individuo nelle stesse condizioni di dover essere cieco da un occhio, o affatto mutolo per uno o due giorni sia durante il sonno ipnotico, sia durante lo stato consecutivo di veglia. E con somma sorpresa si vedrà che nel tempo e per la durata prestabilita l'individuo vomiterà, perderà sangue dal naso, resterà cieco da un occhio o sarà nella impossibilità di parlare.

« Voi dovete aver sete », si dice a un soggetto in sonnambulismo: « il vino è per voi una bevanda deliziosa; eccovi dell'ottimo vino di Marsala; bevetene, e poi ditemi che vi pare del vino che vi ho dato; sappiate infine che questo vino vi ubbricherà per una mezz'ora » L'individuo prende il bicchiere, che gli si offre pieno d'acqua, o anche affatto vuoto, o anche pieno di una mistura nauseante di asafetida o di una mistura di amarissima coluquintide. Berrà o farà le viste di bere; troverà insuperabile in bontà la bevanda che gli è data, ringrazierà della cortesia usatagli; e per il tempo prefissogli presenterà tutti i sintomi della ubbriachezza.

Se si vuole, per mezzo della suggestione si può indurre nel soggetto in esame, durante lo stato ipnotico, il convincimento più intimo di non essere più la persona che realmente egli è, ma un'altra di sua conoscenza; od anche di essere divenuto il tale o il tal altro animale. In conformità di questo intimo convincimento si vedrà allora l'individuo ipnotizzato regolare tutte le sue azioni. Così pure per lo stesso mezzo e nelle stesse condizioni, si può far credere al soggetto di essere al tempo stesso persone diverse, che operano, fin dove la realtà lo consente, cose diverse, o successivamente, o con le due metà del corpo. Nel primo di questi due casi si ha ciò che dicesi la *sostituzione della personalità*; nell'altro lo *sdoppiamento della personalità*.

In opportune condizioni di sonnambulismo provocato, si diano a un soggetto quattro o cinque rettangoli di carta perfettamente bianca, e assolutamente eguali, dicendogli che sono altrettante insuperabili fotografie di conoscenti, o di persone illustri, e raccomandandogli di conservarli con cura, o di riconoscerli per tali non solo durante lo stato ipnotico, ma anche durante la veglia. E il soggetto andrà in visibilo di-

R. — *Nego* prorsus, siquidem anima intellectiva, eo quod intellectiva, naturam nobiliorem sortita est quae, non solum involvit simplicitatem, sed involvit quoque spiritua-

nanzi alla somiglianza dei ritratti, ne descriverà la vivacità dello sguardo, la dolcezza del sorriso, il colore dei capelli, l'eleganza del vestito. Nè solo dirà ciò durante il sonno, ma persisterà a dirlo anche durante la veglia. E se, contrassegnate di nascosto e impercettibilmente le carte, si vorranno mettere in disordine, o si mescoleranno con altre simili, l'individuo non confonderà mai quella d'un ritratto con quella di un altro, nè le carte dategli per prime con quelle interpolate in seguito. Solo con lungo volgere di tempo, egli a poco a poco vedrà sbiadire le immagini; e le carte torneranno a essere anche per lui quello che sono in realtà.

Se a una persona posta in istato di sonnambulismo provocato si dà a credere, che ella ebbe mano in un truce delitto e che dovrà subirne le conseguenze; ella anche dopo il risveglio avrà la convinzione di aver preso parte al fatto. E se si fingerà di tradurla dinanzi ai giudici, ella cercherà di scusare il suo operato, o confesserà ciò che crede di aver fatto; rassegnandosi a sentire le conseguenze della supposta sua azione criminosa.

Messo un individuo ipnotizzabile in istato di sonnambulismo, gli si comandi di fare in un'epoca determinata dopo il risveglio un'azione anche delittuosa, un atto osceno, un furto, un discorso sovversivo e simili; o una azione dannosa a sè, come una donazione, un testamento, il riconoscimento di un delitto, di un debito fittizio, e via dicendo. Al momento prestabilito, l'atto imposto sarà compiuto con l'apparenza della più grande spontaneità, ma senza nessun motivo plausibile: il suo autore tenterà tutto al più di giustificarlo con ragioni di una futilità palmare.

Durante lo stato di sonnambulismo provocato si suggerisca a un individuo di non ricordare più in una data epoca le circostanze di un fatto al quale egli è stato presente o anche ha partecipato; oppure, di avere su un dato argomento delle convinzioni diametralmente opposte a quelle che egli ha sempre professato, e di addurre in sostegno del suo nuovo modo di vedere tutte le migliori ragioni possibili ed escogitabili. Se la suggestione viene accettata, giunto il tempo voluto, la memoria dell'individuo presenterà le lacune desiderate; e il suo intelletto, per le nuove immagini che la fantasia gli presenta, opererà in modo sorprendentemente diverso da quello che alla persona era abituale.

Dissi: « *Se la suggestione viene accettata*; perchè quando la suggestione tocca certi argomenti delicati, il paziente il più delle volte, benchè inconsciamente, si ostina a rifiutarla, per l'orrore quasi istintivo che certe proposte ispirano alla sua fantasia quantunque malata. In tal caso la suggestione resta senza effetto, o tutto al più non si esegue che in parte » (LAPPONI, op. cit., pag. 81-9).

litem h. e. independentiam, saltem intrinsecam, a materia, atque idcirco neque per se neque per accidens, corrumpi potest, uti uberius suo loco demonstrabitur.

Obi. II. — Si anima intellectiva esset item sensitiva et vegetativa, etiam post suam separationem a corpore, praesferre deberet potentias sensitivas et vegetativas.

R. — *Dist.* Anima intellectiva, etiam post suam separationem a corpore, praesferre deberet potentias sensitivas et vegetativas in actu, *nego*; in virtute, *conc.* « Quaedam potentiae animae comparantur ad animam solam sicut ad subiectum, ut intellectus: et huiusmodi potentiae necesse est maneat in anima, corpore destructo. Quaedam vero potentiae sunt in coniuncto sicut in subiecto; sicut omnes potentiae sensitivae partis et nutritivae. Destructo autem subiecto non potest accidens remanere. Unde, corrupto coniuncto, non manent huiusmodi potentiae *actu*, sed *virtute* tantum in anima, sicut in principio vel radice. Et sic falsum est, quod quidam dicunt, huiusmodi potentias in anima remanere, etiam corpore corrupto; et multo falsius, quod dicunt etiam actus harum potentiarum remanere in anima separata; quia talium potentiarum nulla est actio, nisi per organum corporeum » (*S. Th.* I. q. LXXVII, a. 8).

Obi. III. — Appetitus intellectivus et appetitus sensitivus crebro secum pugnant. Atqui pugna haec impossibilis foret, si uterque appetitus radicaretur in eadem anima. Ergo...

R. — *Conc. mai.*, sed *nego min.* et *cons.* Pugna quam crebro in nobis experimur, nedum probet animarum pluralitatem, probat earum unitatem. Et vero pugna nostra proprie sita est in variis inclinationibus ac motibus ad opposita bona; inclinationes autem ac motus huiusmodi sunt actus immanentes, qui in agente, toti quanti sunt, manent, nec ad aliud transire possunt. Si igitur anima intellectiva ab anima sensitiva distincta ac divisa esset, unaquaeque suas affectiones experiretur, suisque motibus moveretur, nullumque esset in nobis subiectum quod oppositorum bonorum illecebras in se experiretur. Atqui illud idem subiectum quod bonum honestum mente probat et voluntate appetit, hoc ipso appetitu sensitivo ad bonum sensibile fertur.

Hoc igitur bellum non animarum est, sed inclinationum ad opposita bona, quae in eadem anima excitantur. Quemadmodum dubitatio non est nec esse potest duarum mentium conflictus, sed est pugna rationum diversarum, quae eandem in opposita trahunt (Cfr. TONGIORGI, *Psychol.* cap. II, a. I).

Obi. IV. — Operationes vitae vegetativae non sunt obnoxiae testimonio conscientiae. Ergo saltem anima vegetativa distinguitur ab anima intellectiva.

R. — Neque operationes sensitivae quandoque sunt obnoxiae testimonio conscientiae; imo quandoque non sunt obnoxiae ipsaemet operationes intellectivae (Cfr. pag. 190). Ergo ex hoc nihil legitime infertur. — Sed ad praecavendas instantias, adnotare oportet comparisonem operationum vegetativarum cum operationibus sensitivis ad rem non facere. Sane operationes sensitivae spectant ordinem cognitionis et proxime inserviunt intellectui; contra operationes vegetativae neque spectant ordinem cognitionis, neque inserviunt intellectui nisi remote. Nihil mirum igitur si illae generatim subiiciuntur conscientiae, istae vero nunquam.

§ III. QUOMODO ANIMA HUMANA UNIATUR CORPORI.

Spiritualistae exaggerati, veriti ne animae humanae spiritualitas ab unione substantiali cum corpore aliquid detrimenti capiat, fingunt eam uniri corpori tantum accidentaliter, sicut motor mobili, nauta navi (ita Plato, Descartes...); vel sicut sentiens senso, percipiens percepto (ita Rosmini). Sed contra philosophi scholastici unanimiter docent animam humanam uniri corpori substantialiter, nempe esse formam substantialem corporis cui unitur: nec propterea aestimant periclitari eius spiritualitatem, quae certe illis maxime cordi semper fuit et est. Videamus rationes quibus superstruitur eorum doctrina.

THESIS. — *Anima intellectiva unitur corpori tanquam forma substantialis eius.*

Prob. I. — Anima intellectiva, ut nuper ostendimus, non est tantum principium quo homo intelligit, sed est

etiam principium quo homo sentit. At sensatio est talis operatio quae nec ab anima sola dimanat, nec a corpore solo, sed ab anima et corpore simul coniunctis ut materia et forma coniungi solent, nempe in unitate naturae (Cfr. pag. 160 et 167). Ergo...

II. — Anima intellectiva est etiam principium quo corpus nostrum vivit seu vegetat. Atqui principium, quo corpus aliquod vegetat, debet esse principium illi substantiale; quin immo debet esse eius forma substantialis (Cfr. p. 102). Ergo...

III. — Anima intellectiva determinat speciem seu naturam corporis nostri; nam istud, ex coniunctione sua cum anima intellectiva, sortitur naturam corporis humani, quam statim amittit post obitum, h. e. post separationem ab anima praedicta. Iam quod determinat naturam alicuius rei, nequit esse illi extrinsecum, ut motor mobili, nauta navi; sed ingredi debet eius naturam et eam actuare. Hoc autem est munus proprium formae substantialis. Ergo...

IV. — Haec veritas non modo ad philosophiam pertinet, sed videtur quoque pertinere ad fidem. Sane Clemens V, in Concilio Viennensi, reprobavit « doctrinam omnem, seu propositionem, temere asserentem aut vertentem in dubium quod substantia animae rationalis, seu intellectivae, vere ac per se humani corporis non sit forma ». — Leo X, in Concilio Lateranensi, definivit quod anima intellectiva « Vere per se et essentialiter humani corporis forma existat ». — Denique Pius PP. IX, in suis litteris apostolicis ad Archiepiscopum Coloniensem, datis die 14 Iunii 1857, haec habet: « Noscimus iisdem libris (Günther) laedi catholicam sententiam ac doctrinam de homine, qui corpore et anima ita absolvatur, ut anima, eaque rationalis, sit vera, per se, atque immediata corporis forma ».

Coroll. I. — Anima humana definiri potest: *principium intellectivum quod est actus primus corporis physici, organici, potentia vitam et sensationem habentis.*

Coroll. II. — Anima et corpus non tantum consociantur in unitate personae, quemadmodum consociantur in Christo divinitas atque humanitas, sed consociantur etiam in unitate naturae.

Coroll. III. — Corpus actuatum ab anima rationali, non solum ab ipsa repetit vitam sensitivam et vegetativam, sed repetit quoque activitates illas quas habet communes cum mineralibus: omnis enim activitas corporum emanat ab eorum forma substantiali, nec in unoquoque corpore reperiri potest plus quam una forma substantialis (Cfr. p. 41).

Coroll. IV. — Si omnes activitates, tum vitales tum non-vitales, quae in corpore humano manifestantur, emanant ab eius forma substantiali, scilicet ab anima rationali, iam claret posse immo debere activitates superiores influere in inferiores et inferiores in superiores. Posito autem hoc mutuo influxu, quisque perspicit: — 1) expeditam esse quaestionem harmoniae seu ordinatae consensionis existentis inter omnes operationes hominis, quin recursus fiat ad ridicula et absurdissima systemata a recentioribus conficta (1); — 2) in *physiognomoniam* haud parum veri inesse, sicut nemo inter philosophos peripateticos atque scholasticos dubitavit unquam (2).

(1) Hi, postquam substantiam hominis diremerunt in duas (animam et corpus), ad explicandum istarum *commercium* (nonne tibi videtur hic agi de Europa et America?) seu consensum inter istarum operationes, multum desudarunt ac desudant insectando umbras quae semper eos praeter-eunt. — Alii contendunt corpus et animam in invicem agere (systema *influxus physici*, Rosmini, aliorumque): immemores quod, si spiritus agere potest in corpus, corpus nequit agere in spiritum. — Alii, ferme ac si nimium iam non esset duas substantias completas in hominem ingerere, ingerunt tertiam substantiam (systema *mediatoris plastici*, auctore Leclerc), quae, cum, iuxta eius fautores, particeps esse debeat naturae spiritus et corporis, non erit neque spiritus, neque corpus, sed erit nihil. — Alii tandem inducunt Deum ex machina, aut supponendo (systema *assistentiae divinae vel causarum occasionalium*, auctore Malebranche) ipsum esse *unicam veram causam* cunctarum operationum animae et corporis, ac proinde etiam consensionis earum; aut supponendo (systema *harmoniae praestabilitae*, auctore Leibnitz) ipsum animam et corpus in singulis hominibus ita copulasse, ut, licet nihil in se mutuo agant, tamen ex *necessitate suae naturae* operationes sibi mutuo respondententes exerant.

(2) « Iuxta defensores huius systematis, ea est mentis et corporis relatio, ut e conformatione corporis, potissimum e *physiognomia*, dignoscere possimus animae dispositiones et habitudines. Hanc scientiam, quam olim coluerunt Empedocles, Plato, Aristoteles, necnon Galenus